Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



preceptio tibi. Et iob precipitur ut accingat lumbos suos. & aplis. ut
accincti sint lumbis. quos helias & Iohannes baptista zonis mortui
cauerunt pelliceis. lucernas teneant in manibus suis. pdicationis
uidelicet euangelice. Quicuq; igitur locuturus est sermones di de
bet accingere lumbos suos. sciens quod diaboli omnis uirtus in lu
bris sit. & iustus dicat in psalmis. Lumbi mei impleti sunt illusionib?
Cumq; accinxerit lumbos. audiat illud quod scriptu est. Surge qui
dormis & eleuare & illuminabit te xpe. ut semp uigilans & desom
no consurgens. loquatur que sibi preceperit ds. Ne timeas a facie
eorū. nec enim timere te faciam uultū eorū. siue ut lxx & ceti
habent interpretes. ne forte timere te facia. Et est sensus. iuxta
translationē nrām. Noli timere a facie eorū. me enim adiutore eos
timere non poteris. Iuxta lxx. noli timere a facie eorū. habeto meq;
confidentia iussionis. Si enim non obtuleris quod habes ut timere
desinas. derelinqua te & trada timori. & quodamodo uidebor
timere te facere. direlinquo formidini. Hoc autē significat quod
maliuolo semp amara sit ueritas. nec timenda hominū multitu
do quinerepati correptionē non sustinent. s. insidias tendunt ei
a quo corripiunt. Quodq; iuxta lxx. sequitur. quia tecū sū ut
liberē te dicit dns. in hebraico ñ habet. Et est sensus. Cruam te
non ineo ut tibi nullus insidietur. s. ineo ut pacients insidias
non delinquas. Ego quippe dedi te hodie siue ecce posui te in
hac die in ciuitatē munitā. in columnā ferreā. & in murum
eneū sup omnē terram regibus iudē principibus eius & sacerdo
tibus & pplo terre & bellabunt aduersū te & non pualebunt.
quia ego tecū sū ait dns ut liberē te. Describit sermo diuin?
cur ppheta timere non debeat. Ego inquit deposui siue de
di te hodie hoc est in psenti urbē. donec uocatur hodie quasi
ciuitatē firmissimā. non ut unā domū. nec turrim. aut aliqua
menia. s. omnē ciuitatē que sita sup montē latere non potest.
De qua scriptu est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ego ci
uitas firma. ciuitas que obpugnatur. Et columnā inquit
ferreā. de qua scribit apls. Columna & firmamentū ueritatis.
Vnde petrus & iohannes qui putabantur columne ce